Universitätsbibliothek Paderborn

Baptistae Mantuani Carmelit[a]e de patientia aurei libri tres

Baptista <Mantuanus>

Dauentrie, 1515

Kolophon

urn:nbn:de:hbz:466:1-30534

Visual Library

Milia pugnarum, ſua premia, dedecus, hoſtis
Illum diua iubet tandem requieſcere ab omni
Armorum ſtrepitu, captis et perdita queque
Multiplicare opibus, nec iam peritura referre
Ipſa globos legionum et concurrentis rumpit
Agmina vulniferos gradiens intacta per imbres
Omnibus vna comes virtutibus aſſociatur
Auxiliumque ſuum fortis patientia miſcet
Nulla anceps luctamen init virtute ſine iſta
Virtus, nam vidua eſt quam non patientia firmat

Excuſum eſt hoc opus egregium Dauentrie in edibus Alberti Pafraet Anno Redemptoris noſtri Milleſimo Quingenteſimo Decimoquinto Menſe Januarij

Δεκάστιχον
[illegible] in Disce mori

Disce mori, decor iste tuae et praestantia formae
Exiguo durant tempore, Disce mori
Disce mori. Unius febricula corporis omnes
Una vel extinguet sed cito. disce mori
Disce mori. nil divitiis incertius istis
Est humana fugax gloria. Disce mori.
Disce mori. Christum legas atque imbibe Christi
Cuncta in eo pariter sunt bona. Disce mori
Disce mori. nil hic non est mortale. sed unum
Utque bene hic posses vivere. Disce mori.

Fleres si scires unum tua tempora mensem
Rides, quum non sit forsitan una dies.